Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De monacho, qui in Alna cadens, expirauit dum legeretur Euangelium; Vigilate, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit, cap. 65.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

Visual Library

uea & facie pallida cõtra ipſos vltra ſepẽ reſpexit. Quę cùm nihil loqueretur, & ancilla in aſpectu eius horreret, monſtrum idem, poſſeſſionem Hugonis, quæ proxima erat, adiens, vltra ſepem illius prædicto modo reſpexit; deinde ad cœmiterium, de quo venerat, rediẽs. Poſt paucos verò dies infans Guntheri maior infirmatus ait: Septimo die moriar, poſt alios dies ſeptem morietur Dirina ſoror mea, deinde poſt hebdomadam morietur ſoror mea minor, ꝙ ita factum eſt. Poſt mortẽ verò infantũ mater & ancilla, de qua ſuprà dictum eſt, defunctæ ſunt. Eodem tempore obiit Hugo miles & filius eius. Horum teſtis fidelis eſt Gerlacus Supprior noſter.

CAPVT LXIV.

SImile contigit in Eccleſia Bonnenſi. Tempore quodam, dictis veſperis, cùm ſcholares in ipſo crepuſculo ludos exercerent in Clauſtro, viderunt de vno ſepulchrorum, in quibus canonici ſolent ſepeliri, ſpeciem quandam humanæ formæ egredi, quæ ſuper aliqua ſepulchra deambulans, in quoddam ſepulchrũ ſe dimiſit. Poſt breue tempus mortuus eſt quidam canonicus, & in eodem tumulo, de quo fantaſma illud egreſſũ eſt, poſit⁹. Deinde, poſt paucos dies alter canonicus in eadẽ eccleſia moritur, & in loco vbi ingreſſũ fuerat ſepelitur. Chriſtianus Bõnenſis monachus noſter eidẽ viſioni interfuit. Huiuſmodi viſionibus quãdoque futura præſignantur. APOLLONIVS: Secundùm hæc quæ dicta ſunt, beati quos Domin⁹ inuenerit vigilantes: CÆSARIVS: Occaſione huius verbi referam quod nuper audiui.

Luc. 10.

CAPVT LXV.

DVM in Alna, domo ordinis noſtri, diaconus legiſſet Euangelium de confeſſoribus, ſcilicet: Vigilate, quia neſcitis qua hora dominus veſter vẽturus ſit, eiſdem cõpletis, quidam monachus in choro cecidit, & expirauit. Et timuerũt omnes, verborum Domini effectum cõſiderantes. Vnde fratres, quia neſcimus qua hora Dominus noſter vẽturus ſit, vigilemus fide, vigilemus & opere, vt cùm venerit, & per

Vigilãdũ
Mat. 24.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

per mortem pulſauerit, confeſtim & læti aperiamus ei. Quod nobis præſtare dignetur Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſeculum per ignem. Amen.

FINIS LIBRI VNDECIMI.

CAPITA LIBRI DVODECIMI.

De pœnis & gloria mortuorum, cap. primum.
De pœna Ludovvici Lantgrauii, cap. 2.
De pœna cuiuſdam principis Alemanniæ, cap. 3.
De Clerico, cuius corpus diabolus loco animæ vegetabat, cap. 4.
De pœna VVilhelmi comitis Iuliacenſis, cap. 5.
De pœna ſacerdotis, cuius animam parochiani ſui agitauerunt in puteum, cap. 6.
De pœna ſculteti de Kolmer, qui miſſus eſt in Vulcanum, cap. 7.
De ſchulteto de Leggenich, qui in eundem montem miſſus eſt, cap. 8.
De Brunone de Flitert, qui in eundem Vulcanum projectus eſt, cap. 9.
De pœna Brunonis filij eius, cui in inferno propinatum eſt, cap. 10.
De Euerhardo milite, qui ſe erexit in feretro, cap. 11.
De Decano Palernenſi, quem Rex Arcturus inuitauit ad montem Gyber, cap.* 12. * *Panormitano.*
De pœna Bertolfi ducis Zeringiæ, qui miſſus eſt in Vulcanum, cap. 13.
De pœna Frederici militis de Kelle, cap. 14.
De Henrico Nodo, qui poſt mortem multis viſibiliter apparuit, cap. 15.
De torneamento occiſorum iuxta Montenacke, cap. 16.
De VValtero de Milene, cap. 17.
De milite mortuo, qui nocte ſerpentes & bufones, loco piſcium,